Die 8 novembris

Omnium Sanctorum S. Romanæ Ecclesiæ

Memoria

Ant. ad introitum

Cf. Ap 7, 9b-10

Isti sunt sancti,
stantes ante thronum et in conspéctu Agni,
amícti stolis albis, et palmæ in mánibus eórum;
et clamant voce magna dicéntes:
«Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno».

Collecta

Deus, qui in commúnio sanctórum
plúrimi fratres sororésque sociásti,
et eórum testimónio fideíque caritátis
Románam Ecclésiam adornásti,
concéde propítius ut semper áugeat in nobis
desidérium sanctitátis.
Per Dóminum.

Super oblata

Múnera nostra, Dómine, súscipe benígnus
et, sanctórum tuórum intercessióne,
qui Románæ deserviérunt Ecclésiæ,
da nobis sanctitáte vitæ augére.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Cf. Ap 14, 3. 4b. 12

In cæléste Ierúsalem, quasi cánticum novum cantant Sancti,
sequúntur Agnum, quocúmque abíerit
et custódiunt mandáta Dei et fídem Iesu.

Post communionem

Sacraménta quæ súmpsimus, Dómine,
intimiórem dilectiónem tuam nobis commúnicent,
ut, vestígia Christi sequéntes,
cum ómnibus Sanctis
qui in Romána Ecclésia Evangélium prædicáverunt,
tibi serviámus eíque nos magis conformémus.
Qui vivit.

Die 9 novembris

In Dedicatione basilicæ Lateranensis

Festum

Ut in Missali, eodem die (pp. 863-864).

Die 25 novembris

Beatorum Aloysii et Mariæ Beltrame Quattrocchi, coniugum

De Communi sanctorum et sanctarum: pro pluribus Sanctis 2 (p. 953).

Collecta

Deus, qui beátis Aloýsio et Maríæ, coniúgibus,
matrimónii grátiam sanctitátis perfectiónem tribuísti,
da, quǽsumus, eórum intercessióne,
ut mémores divínæ vocatiónis
constánti ánimo eam sequi valeámus.
Per Dóminum.